UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XLI. Quare etiam Sepultus est?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

DOMINICA XVI.

QVÆSTIO XL.

Cur neceſſe fuit, vt Chriſtus ad Mortem vſque ſe demitteret?

Resp. Propterea quod iuſtitiæ [a] & veritati Dei [b] nullo alio pacto pro noſtris peccatis potuit ſatisfieri, quam ipſa morte filij Dei, *qua Homo erat.*

a Rom.1.32. *b* Gen.2.17. Gen.3.15.

QVÆSTIO XLI.

Quare etiam Sepultus eſt?

Resp. Vt eo teſtatum faceret, ſe vere mortuum eſſe [a], *quoad ſolam Humanitatem.*

a Mat.15.42.43.44.45.

QVÆSTIO XLII.

At, cum Chriſtus pro nobis mortem oppetierit, cur nobis quoque eſt moriendum?

*non Resp. Mors noſtra * eſt *aliqua* pro peccatis noſtris ſatisfactio [a],
†ſed † *non omnis* peccati abolitio [b]: *& eſt* tranſitus in vitam æternam [c], *mediatè vel immediatè poſt dandam.*

a Matt.16.26. *b* Hebr.14.10. *c* Philip.1.21. Phil.1.23.

a Mat.16.26. *Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mūdum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur.*

Resp. *a* Quid ergo? Mors non eſt pro peccatis aliqua ſatisfactio? Negatur conſequentia.

c Phil.1.21. *Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum,* 23. *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.*

Resp. *c* Sic eſſe cuique poteſt; non tamen eſt, niſi paucis Deo notis.

QVÆSTIO XLIII.

Quid præterea capimus commodi ex Sacrificio & Morte Chriſti?

Resp. Quod virtute eius mortis [a], vetus noſter homo vna cum eo
crucifigi * *debeat* [b], interimi † [c], ac ſe- *tur, †tur,
pelire *[d], ne prauæ cupiditates & de- *tur,
ſideria carnis poſthac in nobis regnent [e], *niſi velimus*: ſed vt nos ipſos ei hoſtiam gratitudinis offeramus [f].

a Rom.6.5. Ioh.17.19. *b* Rom.6.6. Gal.5.24. *c* Rom.6.8. Rom.6.11. *d* Rom.6.4. Col.2.12. *e* Rom.6.6.14. *f* Pſ.51.19. Rom.6.13.

QVÆSTIO XLIV.

Cur additur? Deſcendit ad
† inferos? † infer

Resp. Vt in ſummis doloribus & grauiſſimis tentationibus me hac conſolatione ſuſtentem, quod Dominus meus Ieſus Chriſtus inenarrabilibus animi ſui *ſenſitiui, non Rationalis*, anguſtijs, cruciatibus & terroribus (*abſque infernali pœna ſenſus vel damni*) in quos cum antea, tum maxi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN